

INCVNABVLA

Qu

2840

kal.komp.

HC 15368

BM IV 104 (I A 18815)


Inc. Gu. 2840


Bibl. Jag.



Inc. 2840

XIV. 4. 41 d






Orationes ecclesiasticae

*Ferrase Petri; Oratio
de divina providen-
tia in capella pape
cosam Sanctiss. D. N.
Sixto papa IV. Ita
habita. a. 1483.*

*Ferrase
1772*



Oratio de diuina puidētia in capella pape corā Sanctis /
sumo. D. N. Sixto papa. iiii. & Sacerrimo. R. Car. Senatu
habita a uenerando sacre theologie baccalario formato
fratre Petro Terrasse sacri ordinis Carmelitarum domi /
nica. iiii. Quadragesime. Anno a natiuitate dñi. M. cccc.
lxxxiii.

Cum subleuasset Iesus oculos & uidisset quia multitudo
magna uenit ad eum: dixit ad Philippum. Vnde eme /
mus panes ut manducent hi? Io. vi.

¶ Admiranda Christi pietas que in sequentem se multi
tudinem oculos subleuauit. B. P. R. Domini ac Patres or
natam. concinnam. splendidam. & ab optimo quouis
oratore resonantem oratiōem exquirat: sed quod huma
no ingenio nec attingere possum: auxiliū de celo peten
dum duxi: a quo omne donū perfectum est. Vestra in
super singularis humanitas: firmiorem mihi animū pre
bet aliquid cudam de hac oculoꝝ Christi inscrutabili
subleuatione: & si non ex cultum eloquio aut elaboratū
industria diuine prouidentie conuenientissimū. Sed pri
mum uestra queso lumina ad Mariam conuertite: que
postulantibus se presto adest: eamq; ut mihi tremulo ab
alto celi domicilio opem ferat mecū angelicis uerbis sa
lutare. Aue.

Vam mirabili sapientissimus opifex deus ho
minem sua prouidentia regit cogitanti mihi: &
collata beneficia: & que indies confert sese offe
runt: quibus laudamus misericordem: & que infert ma
la: quibus presepe iustum admiramur. Admiramur Pa
tres amplissimi: quando a prima & summa omniū cau
sa tanq̄ ab unico fonte diuersi effectus utriusq; scaturi
entes in partes uarias effluunt. Ast cū diligenter rem tra
cto: & ad subtiliorem intellectum animum cogo: uideo:
aut me Aug. sententia fallit q̄ medicamētum unius me /



dicī una manu confectum: alii scilicet Nabuchodono/
sor ad remediū: alii scilicet Pharaoni ad interitum ua/
luit. Quippe quia si diuinam definiamus prouidentiam
quod primum faciendum censeo ut sciamus quid id sit de
quo agim⁹ intellegimus aut a Damasceno: quod est dei uo/
luntas propter quam omnia que sunt: conuenientem de/
ductiōem suscipiunt. Aut ab Augustino: quod est lex eter/
na incommutabiliter manens: que omnia mutabilia pul/
cherrima gubernatione moderatur. Nec solum ipsi ho/
mini prouidet elargiendo bona malaque inferendo: ne eū
aut imoderata prosperitas leuet: aut nimia aduersitas de/
primat: uerū ceteris creatis & homine inferioribus: sub/
stantia bonitatem imprimendo. Sic dictū Geneseos in/
telligimus. Vidit deos cuncta que fecerat & erant ualde
bona bonitate: quam secundum substantiam uocant. Nam bo/
num quod rebus creatis finitum impressit: diuus Thomas
ceterique theologi: bifariam partiti sunt: ut primū bonum
substantie: tum alterum bonum ordinis dicant. Nec
profecto liberalitatis quicquid uel saltem paucis beneficentis/
simus in nos deus contulisset: etiam si creauit omnia se/
cundum substantiā bona: si ex his non bonus subsequeretur
finis: ea re: excellentissimo hoc ordinis bono: que creata
sunt in optimum finem ordinauit res primum ipse di/
sponens: ordinisque executionem rebus creatis relinquens
Nam quis uestrum est. P. qui neget quibusdam secun/
dis causis uirtutem producendi quosdam effectus dedisse
deum? Quis qui non intelligat rationem omnium que
fiunt: ordinemque illorum effectuum: eundem ipsum di/
uino suo intellectu prehabuisse? Quis non affirmet non
solum res: sed rerum ordinem in finem esse sub diuina
prouidentia? O admirabilem prouidentiam: que prou/
dens omnibus: non omnibus euestigio prouidere uisa est
O incomprehensibile dei archanum: qui inferiora supe/
rioribus tanquam mediis accommodatissimis diuine pro

uidentie gubernas. O uirtutem indeficientem: que in cō
municando causalitatem etiam creaturis: tue bonitatis
abundantia maxime dares. Hoc certe uerum fatebor
quicquid fit: quo ordine: quo modo: quando: ubi: claris/
simum dei intellectum intelligere: theologica ueritate af
firmare ausim. nec quicquam est: quod a dei prouiden/
tia alienum putandum sit. Magna mihi memorandi co
pia foret: nisi me longius oratio distraheret: eorum qui
diuinam prouidentiam negantes: omnia mortalium fa
cta: alii fortune: alii casui ascripserūt. Quis uero sane mē
tis homo existimat inferiora que oculis cernimus regi
fato? hac nominis descriptione intelligendo uel influen
tiam planetarum: uel celestium corporum? Hoc errore
pleriq; ducti definierunt: nec sane quidem: ea ipsa ab his
pendeant tanquam a necessaria causa sit necesse. Quos
Aurelius Augustinus libro de ciuitate dei acutissime cō
uincit: cuius uerba hec sunt. Prorsus diuina prouidentia
regna constituuntur humana: que si propterea quisquaz
fato tribuit: q; ipsam dei uoluntatem uel potestatem fati
nomine appellat: sententiam teneat: linguam corrigat.
Cur enim hoc non primum dicit quod postea dicturus
est cum ab illo quisquam quesierit: quid dixerit fatum?
Nam id homines quando audiunt usitata loquendi cō
suetudine non intelligunt: nisi uim positionis syderum
qualis est quando quis nascitur: siue concipitur: quod ali
qui a dei uoluntate alienant: aliqui etiam ex illa: hec pen
dere confirmant. Sed illi qui sine dei uoluntate decerne
re opinantur sydera qualis quisq; sit: id bonorum habe
mus malorumq; patiamur: ab auris omnium repellendi
sunt non solū qui ueram religionem teneāt: sed qui deo/
rum qualiumcūq; uolūt esse cultores. Hec enim opinio
quid agit aliud: nisi ut nullus omnino colatur aut roget
deus? Et paulo post. Quale deinde iudicium de hoim

factis deo relinquatur: quibus celestis necessitas adhibetur: cū dominus ille sit & syderum & hominū. Et obiicientibus: nonnullos uera multa respondere: facilius est responsio. Hoc fiat eodem Aug. teste instinctu spirituū nō bonorum: quorum cura est: falsas & noxias opiniones de astralibus fati: inserere humanis mentibus atq; firmare. Accedamus ad eos nunc: qui asserunt inferiora omnia: fortune imperio regi atq; disponi: eosq; iterū cū Aug. omnium acutissimo: paucissimis refellamus. Si fortuna dea putatur & colit: certe omnes deos utriusq; sexus: & si sexum non habent non nisi bonos existimare debemus. Hoc Plato docuit: hoc alii philosophi: hoc excellentes rei. p. populorūq; rectores. Sed quomodo queso dea fortuna: aliquando bona est: aliquando mala? An forte quando mala est: dea non: uerum in malignū demonem repente conuertitur. Sed missa istec faciamus: Introducimus paululum Aristot. intelligemusq; luce mere diana clarius: fortunam casum esse per accidens in agentibus sibi propositum. Tunc non longe aberunt ueri sapientes theologi. Thomas. Angelicus. Seraphicus. Bona uentura dicentes. Tam & si est aliquid aut a casu: aut a fortuna respectu agentis particularis utpote particularis nature et intellectus creati: nihil tamen respectu prouidentie dei: a quo omnia & preuisa sunt & ordinata: Illos aut qui dei prouidentiam circa inferiora & hominum facte nulla esse contendunt sed sic omnia euenire: currere ulla sine prouidentia regulante: suo mucrone transfigemus. Hic error ut alii pene innumerabiles a Democrito tanq; a fonte perniciosissimus scatet: qui omnia casui submittit: et diuinam prouidentiam aufert: quem secutus Epicurus: deum quidem unum esse dixit: quia necesse sit esse aliquid in mundo prestans: eximium: beatum: prouidentiam tamen nullam: itaq; mundum ipsum nec ratione ulla: nec arte nec fabrica instructum: sed naturam rerum quibus/

dam minutis setuinibus & insecrabilibus conglobatam
quo repugnantius nihil dici potuisse Firmianus Lactan-
tius ratiocinatus est. Etenim si deus est utiq; prouidens est
ut deus: nec aliter ei potest diuinitas attribui: nisi & prete-
rita teneat: & presentia sciat: & futura prospiciat. Cū igitur
prouidentiam sustulit: etiam deum negauit esse. Cuius
autem deum esse professus est: & prouidentiam simul esse
concessit. Alterum enim sine altero nec esse prorsus nec
intelligi potest. Huius sententie confirmator est noster
tam repetitus Thomas: qui ea summa quam in gentiles
confecit: ait fuisse possibile nunquam aliqua nec finem quod
cognoscentia: & propter finem operari: & in ipsius recto
ordine peruenire: nisi mota ab aliquo finis cognitionem
habere: omnia uero naturalia corpora: moueri atque ope-
rari propter finem: tamen illum non cognoscunt nemo
ambigit: tota ergo nature operatio ab aliqua cognitione
ordinetur fatendum est: sed ut obmittam theologorum
testimonia de diuina prouidentia: quis sacros canones
inficiabitur unquam: audite. P. sapientissimum Salomonem in
suo sapientie libro. Tu autem sapientia tua gubernas omnia
Audite in ecclesiastico. Ne dicas coram angelo tuo non
est prouidentia. Audite inuincibile dictum christi. Qui mo-
deratam de deo diffidentiam sollicitudinem reprehendens
Ostendit quanta ipsa prouidentia decorat terram flori-
bus pascitque aues & uolucres celi: facileque eorum soluitur
argumentatio qui et cum uate malachia de immutabili-
tate. Et cum iacobo Apostolo de nulla dei transmutatioe
arguunt: ut quia omnibus prouidit ab omni uirtutis ope-
re sit cessandum: nam quibus diuina prouidentia bona
elargiri & bona illis euenire: quibus autem mala impar-
tiri mala illis eueniant sit necesse. Longe hinc quam prophete quam
doctores aliter sentiant. Legite in Ezechiele. Iusticia iusti
non liberabit eum in quacunque die peccauerit & impie-
tas impij non nocbit ei in quacunque die conuersus fue-

rit. Huius rei causam de pe. di. i. scriptam legimus. Quia nouit deus mutare sententiam. si nouerimus emendare delictum. Arist. autem Phisicus: & item ipse Metaphisicus: deum scripsit immobilem omniaq; mouētem: qđ alius perscrutatus Seraphicus. Bonauent. eandem diuine essentie & recte quidem immutabilitatem concessit. Nō enim mutatur loco. quia ubiq;. Non tpe: quia simul eternitas. Non forma: quia pure actus est. Equidem mutationem fm formam simplicitas: fm tempus eternitas. fm locum immensitas tollit: & ea restabilem summe deum totiusq; motus causam sana doctrina intelligimus. Quippe sine sui mutatione produxit in tempore mundum: sine sui mutatione carnem nostram assumpsit: sine sui mutatione uirtutibus illustres: gloriosos fieri uult atq; beatos: & eosdem post ignauos effectos miseros effecit atq; calamitosos. Nanq; diuina hoc prouidentia: nedum q; effectus eueniant: sed quibus ex causis: quo ue ordine principio disposuit: humanis uero actibus uti scđis cāis ex effectibus nōnullos relinquit: nec propterea defectus uirtutis arguendus in deo: sed magis sue bonitatis abundantia laudibus extollenda est. Nonnulla pleriq; agunt fateor: nec per humanos eorum actus diuinā prouidentiam ac dispositionem immutant: sed implent quos prouidentissima dei maiestas illo ordine euenturos effectus disposuit: magis ac magis fateor: quod unico in naturalibus causis exemplo monstrabo. Neq; enim qui plantat est aliquid: neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Quomodo autem incrementum dat deus: si aut non plantat: aut non seminat homo? Sed quoniam scopulosis locis enauigauit oratio: & inter cauas spumeis fluctibus cautes: fragilis in altum cymba processit pandenda sunt uela uentis: & cursitando: ut aiunt ad mare galilee quod est tyberiadis proueniendum est. Audistis Patres: certus suz audistis huius sacrosancti Apostolici Senatus diaconi

nem cantantē abiisse Iesum transmare galilee: & ob eius uirtutes & opa diuina: cū magna illū multitudo sequerēt ac fame populus laboraret. Cum subleuasset oculos uisissetq; multitudinem: eam quā misericordissime satiauit. Quid hac prouidentia mirabilius: que multitudinī nullos secum cibos gestanti: in solitudine ne dum ad sufficientiam: uerū ad superabundantiā prouidit? Quid diuinius q̄ non eum omnes una intentione secutos: ab uno sacri pectoris armario sumere cibum? Quidā quoniam infirmi ut curarentur sequebantur: hos non solum corpore: sed etiā anima curauit: ut totum hominem sanum faceret. Quidam ut cibum sumerent: quia pauperes: quos adeo satiauit: ut tanq̄ nihil habentes omnia possiderent. Quidā ut uiderent: quia curiosi: his solū Ione signum dedit. Quidam ut detraberent: ut scribe & pharisei: quibus sanam utq; adeo doctrinā predicauit: ut nec eum capere possent in sermone. Quidam ut addiscerēt ut discipuli: istos post uerba sanctitatis ac totius sapientie edoctos: miraculis inuincibiles efficit. Hos omnes qui numero quasi quinque milia discubuerunt: mulieribus puerisq; exceptis: ex quinque ordeaceis panibus piscibusq; duobus: ad saturitatem expleuit: duodecim insuper cophinis residuis fragminibus impletis. Sed paucis rei ordinem uideamus Philippum uerbis primū aggressus est: ut & rudiores doceret: & miraculum edoctis aliis predicaret: Nec aliam ob causam a Philippo unde panes emeret est sciscitatus: ipse enim ait Iohānes sciebat quid esset factururus ut deus qui ab eterno omnia nouit: ut homo qui ab instanti conceptionis plenitudinem scientie habuit: & demum puer unus qui illic aderat: de quo Andreas frater Simonis Petri panes illos pisciculosq; obtulit. Cur obtulit patres? Certe ut quod sciebat Christus mirabili ordine impleretur: sic ineffabilis prouidentia dei


providerat: ut puer illic adesset: panes: pisces offerret: xps
manibus acciperet: Panem minutatim frangeret: Carnes
piscium comminueret: utraq; in manibus eius augeren/
tur: sic turbam super fenem discumbentem famelicam
reficeret: Superest quoniam tempus meas castigat mo/
ras: & satis ostensum puto omnia diuina prouidentia re/
gi: difficillime epicureorum questioni respodeamus qd
postremum est nostre orationis. Si omnia e diuina pro/
uidentia ueniūt: cur mala nō e medio tollit: que res quo/
niam pulcherrima mihi uisa est: nō est silētio pretereun/
da: & eo maxime: q; uos non preterit: plerosq; hac for/
midolosa questione plurimum perturbari solere que ta/
men clarissimorum doctorum sententiis facile soluitur.
Firmianus Lactantius deum bona & mala proposuisse
homini uoluit: quia sapientiam simul dedit: cuius omni/
nis ratio in discernendis bonis & malis posita est. Non
potest enim quisquam eligere meliora ac scire quid sit
bonum: nisi sciat etiam reicere ac uitare que mala sunt:
inuicem enim sibi alterutrum connexa sunt: ut sublato al/
terutro: utrūq; sit tolli. necesse. Propositis igitur bonis ma/
lisq;: cum demum opus suum peragit sapientia bonum
appetit ad utilitatem: malum reicit ad salutem. Accedit
ad hoc q; ideo mala non abstulit: ut ex malis bona elige/
ret: & illius sapientissimi artificis in eligēdo ex malis bo/
na sapientiam etiam atq; etiam demiraremur: sic ex Lu/
ciferi casu: hōis creationem ex hominis peccato: eterni
uerbi incarnatōem: exinde ppetrato proditiōis facino/
re cōe redemptionis bonum eligit: & hoc addere dignū
mihi & singulare uidetur: ideo mala dei prouidentia nō
subtulisse: sed duplicem proposuisse hōi uiam: alterā uit/
turam: alterā uicioꝝ: ut uirtutibus adherendo: uiciaq; de/
testando: duabus uis ad paradisi patriā homo ipse omni/
nium bonoꝝ refertissimā meritis: gloriofus perueniret.


Enimvero per tot uarios casus: per tot discrimina rerum
nos beatorum omnium fieri uult conciuēs ac contuber
nales. Heu heu amplissimi Patres: quis talia fando expli
cet: aut possit lachrimis equare doloris? Dedit dei prouī
dentia hominī penitentiam secundā tabulam post nauī
fragium. Aperuit salutis portum: uult oēs homines sal
uos fieri uoluntate antecedente. Non omnes salui fiunt
uoluntate consequente. Quid Iesus trāsmare gallice abi
it: nisi q̄ ipse exemplo nos opere compleamus? Prius est
nobis enauigandū huius mūdi mare: prius nauali bello
idest penitentis luctandum: si trāquillissimi Paradisi por
tus nobis aditus pateat optamus: Nam quis athleta sine
laboribus coronatur: et quis non coronatur: qui legitime
certauerit? Hoc hodie perspiciū intuemur: quādo post
obseruationem & corporalis ieiunii a cibis & spiritualis
a peccatis singularis uobis dei prouidentia leticiam exul
tationem saturitatem ab uberibus consolationis nostre
publicetur cum ait. Letare Hierusalem & conuentum fa
cite omnes qui diligitis dominum: gaudete in leticia q̄
in tristitia fuistis: ut exultetis & satiemini ab uberibus
consolationis uestre. Hoc idem in duobus Abrahe filiis
quorum unus de ancilla qui dicebatur Agar fm̄ carne
natus: Ismael alter de Sarra libera fm̄ promissionem na
tus Isaac: que per allegoriam dicta sunt. Inuenimus enim
Aug. teste in terrena ciuitate duas formas: quas ego duas
uias appello: Vnam terrene ciuitatis. s. uiciorum: que ho
mines parit peccato uiciata natura. Alteram celestis sci
licet uirtutum: que ciues parit a peccato naturam liberās
gratia: que solis penitentie armigeris datur: ac mētis ocu
lo supernam Hierusalem: que libera non syna qui mons
est in arabia cum filiis suis seruiens insipientibus. Hoc
idem iterum repeto prespicuum intuemur in rosa Bea
tissime pater: quam tuis in manibus leti inspicimus: ut
post frequentes lachrimas: post quotidianos gemitus:

post celo oculos inherentes: post deformia uariis absti-
nētis membra: nos rosa reficiat auro: musco & balsamo
plena. Hec fuit olim o patres maiorum nostrorum pre-
stantia: hec uirtus: hec gloria: testimonium conscientie
sue. Credite mihi: credite mihi. nō est cur amplius diffe-
ratis arma penitentie sumere. Nam tamen sero peracta
hominem saluat: interdū periculosa est. Si fidem in qua
baptizati estis retinere. Si corpora. Si animas saluas. si ro-
se flagrantissimo odore refici cupitis: bellum mihi cre-
dite: bellum geratis oportet. Truculentissimus prius ho-
stis fugandus & nostris finibus pellendus est: Quid pe-
dem retrahimus? Imperator armatus campum primus
ingressus est hostem prostrauit: montes conscendit: ma-
ria trāsegit: & nos forte sine sudoribus maximos fructus
solidis atq; incorruptas uoluptates capiemus! Apud uos
orationem habeo Patres: & in ea urbe: in qua quod uete-
res Romani publicis sanxerunt legibus: oculis aspicitis:
ut hi qui uel domitis hostibus: uel fuis exercitibus: uel
prouinciis subactis: uictrici gloria in patriam redibant:
post felices triumphos quibus quasi dii immortales ho-
nore publico efferebantur: sculpte imagines ponerentur
pro rostris: & arcus triumphales deniq; construxerunt:
quibus eorum nomina sempiterna laude omnibus dein-
ceps posteris paterent & egregiis titulis fierent memorā-
dissima: Sic post susceptos innumeros penelabores: &
fructus capiebant ipsi milites uberes atq; iucundos. Hoc
unicum nunc uos precor: ueniam precor: si totiens ad su-
menda arma: ad fugandos hostes: ad confligendos ini-
micos: & ut clarius dicam: si totiens ad aspera penitentie
epulas uos animosq; uestros mea & diuina prouidentia
oratio uocauerit: pulsauerit cōmouerit: incenderit. Nāq;
hec arma: has palestras: hos conflictus: sacrosancto hoc
presertim tempore admirabilis prouidentia ad exercitu-
um: & has solum epulas ad refectum mortalibus repara-

uit. Nunc taciti finem orationis expectatis uideo: hic exitus est. Honestas cum impudentia: continentia cum libidine: magnanimitas cum socordia: uirtus semper cum ignauia contendit. Vtrius uiam sequi uolumus: utrius arma sumere: contingens ab initio dei prouidentia liberum hominis arbitrium fecit in nostra potestate relinquatur. Hoc altera alteri prestat ut qui uiciorum uia graduntur luant suorum scelerum penas. Qui uero uirtutum: coronam non quidem muralem: qua Romani milites qui prius murum conscenderant donabantur: sed immarcessibilem & incorruptam in eterna sibi gloria comparabunt.

Dixi.





Biblioteka Jagiellońska
SIDR0013084

K.6 b.s.

